Notes du mont Royal
www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

1632.

# Heſiodi poete georgicoꝝ liber per Nicolaū de valle cōuerſus e greco ī latinū.

IV. 9.

## Iohannis Honorij Cubitenſis Prefatio in librum georgicorum Heſiodi Aſcrei.

Heſiodus a muſis ſubito factꝰ poeta.

h

Eſiodus fuit poeta antiquiſſimus: dij filius ex pycimide vxore: quem oues patris in parnaſo monte paſcentẽ muſe rapuiſſe dicunt ac poetã feciſſe munere calamorũ: quod Ouidius libro faſtorũ ſexto tetigit cũ ait. Ecce duas vidimꝰ quas preceptor arandi Viderat: aſcreas cum ſequeret oues. Idem in arte amandi. Non mihi ſunt viſe clio clioq; ſorores Seruanti pecudes vallibus aſcra tuis. et Virgilius in bucolicꝭ inquit. Hos tibi dant calamos: en accipe: muſe Aſcreo quos ante ſeni: quibus ille ſolebat Cantãdo rigidas deducere montibus ornos.

Aſcra patria Heſiodi.

Eius patria fuit aſcra vicus Boetie ad Heliconẽ: quam ipſe imꝓbauit vocans diram hyeme: triſtem eſtu: ac nunquã optabilem. Ouidius in ponto. Eſſet perpetuo ſua qm̃ vitabilis aſcra Auſa ẽ agricole muſa docere ſenis. Unde ⁊ ipſe Heſiodus ĩ hoc opuſculo de genitore ſuo loquens ſic ait.

Alia tranſlatõ. Aſcrã rus miſerum penes hic helicõa colebat. hyberno dirũ. triſte eſtu. optabile nũq̃.

Hic meus ille quidẽ genitor dum paup egeret Errabat maria alta ſecans fluctꝰq; ꝓfundos Ille olim eolidam cumã atq; ea littora linquens Appulit huc. non ſpe lucri cõmotus auara. Durũ opꝰ exercere inuiſa vrgebat egeſtas. Ille vagus demũ ꝓpe tempe Heliconia ſedem Aſcream incoluit celi in regione moleſta. frigore nunc nimio nunc intolerabilis eſtu. Hunc fuiſſe temporibus homeri oſtendit Gelius ex epigrãmate: quod apud heliconem in tripode muſis Heſiodꝰ ipſe dicarat. Hic poeta ad Perſen fratrem ſcripſit librũ quẽ appellauit opera et dies. Ubi docuit quemadmodũ agri et quibus temporibus colendi eſſent. et adeptus eſt palmã in medio dicẽdi genere Ut Quintiliano videtur. licet Virgilius eũ ſu-

peraſſe putetur in georgicis auctore Seruio. Primus
certe Heſiodus metrice ſcripſiſſe dicitur de agricultu
ra. que ſola eſt ex qua queſtꝰ ſtabiliſſimus honeſtiſſi-
muſqꝫ conſequitur minimeqꝫ inuidioſus: quā Ariſto
teles in oeconōico potiſſimā ſecundū naturā poſſeſſi
onum cōmemorat.

Laus agriculture et agricolarū.

Quocirca olim Delphicus Apol
lo Aglaum Prophodiū dixit eſſe feliciſſimū: qui par
uū quidem prediolū colebat: ſed annuis victibus lar
ge ſufficiens: ex quo nunquā egreſſus ferebat. Unde
Virgilius tam vere quā eleganter libro ſecundo geor
gicorum ait. O fortunatos nimiū ſua ſi bona norint
Agricolas: quibus ipa procul diſcordibꝰ armis Fun
dit humo victum facilem iuſtiſſima tellus. et ab Ho
ratio in carmie epodo decentiſſime dictū eſt. Beatꝰ
ille qui ꝓcul negociis Ut priſca gens mortaliū Pat
na rura bobus exercet ſuis Solutꝰ omī fenore.

De aglao ꝓphodio lege valeriū maximū libro. 7 c. i. et pliniū libro. 7. c. xlvi.

Prete
rea ſine agricultoribꝰ nec conſiſtere mortales: nec ali
poſſe manifeſtū eſt. Quā obrem qui rura coluerunt
piam et vtilem vitam agere credebant. Omniū enim
rerum ex quibus aliquid exquirit nihil ē agricultura
melius. nihil uberius. nihil dulciꝰ. nihil libero ho
mine dignius. De agricultura igitur tam laudata tā
qꝫ frugifera ſcripſere permulti: quorū bonā partē Te
rentius Varro: qui rem ruſticā expoliuit nominat.
Plinius aūt libro .14. et Columella libro primo ſcri-
bunt qꝫ Heſiodus princeps oīm de agricultura prece
pit: quē ſecutus Virgilius ī georgico carmie ait. Aſ
creūqꝫ cano romana per oppida carmē. Scripſit eti
am Heſiodus theogoniā et quedā alia. ¶ In libro
georgicorū dixit dimidiū eſſe plꝰ toto. Quid per hoc
intelligi voluerit declarat Philippꝰ Beroaldus Bo
nonienſis vir quamclariſſimꝰ in appendice annota
mentorū in duodecim ceſares Suetonii Trāquilli di
cens. ¶ Heſiodus in libro cui titulus eſt opa et dies

Quid intelligi voluerit heſiodꝰ cum ſcripſit dimidiū eſſe plus toto.

verſum hūc poſuit. Ignorant ſtolidi q̄ꝫ toto ſit me
dium plus. Diſſoluenda queſtio eſt: cuius mentiōe
fecit Gellius libro.17.noc.atticarū: nec tamen reliq̄t
explanatū: quid Heſiodus ſe dicere ſentiat: cum di
midiū plus toto eſſe dicit: quod cōmuni plane ſenſui
videtur reluctari. Plato libro tercio de legibꝰ planiſſi
me explicat hoc ambagioſum ſcribens rectiſſime dic
tum eſſe ab Heſiodo dimidiū plus eſſe q̄ꝫ totū. quan
do videlicet totū comprendere noxiū eſt. dimidiū ve

Moderatū melius imoderato.

ro tēperate ſe habꝫ. Hinc itelligi voluit moderatū im
moderato plus eſſe: vtpote meliꝰ deteriore: docetq̄ꝫ
principatū moderate cōſtituendū eſſe ⁊ ad mediocri
tatē redigendū. Idem libro quarto de republica lau
dans vitam moderatā tanq̄ꝫ optimā Heſiodū illud
ſapiēter dixiſſe cōmemorat dimidiū eſſe plꝰ q̄ꝫ totū.
Conſimiliter Ariſtoteles in quarto politicorū dimidi
um eſſe plus toto docet. ex eo ꝙ gubernatio tempa
ta durabilior eſt et melior q̄ꝫ impotens et immodica.
Ideoq̄ꝫ Phocillides bene optauit multa mediocribꝰ
optima· et ipſe mediocris eſſe voluit in ciuitate. Idē
Ariſtoteles profitetur mediocritatē et mediū eſſe opti
mū: mediocriſq̄ꝫ fortune bonorū poſſeſſionē ait opti

Virtutes mediocritates.

mā omniū eſſe exiſtimandā. Idem in ethicis virtu
tes mediocritates eſſe tradit. Ex quo colligitur medi
um et moderatū optimū eſſe in vita degenda. ⁊ plus
q̄ꝫ totū appetēdū. Non me p̄terit aliter ab alijs He
ſiodi verſum exponi ſolere. ſed hec Platonica nobis
et ariſtotelica interp̄tamenta magis ꝓbantur. cum
eruditiora ſint et veriora. Hec ille. ¶ Quidam dixe

Heſiodꝰ cū homero carminibꝰ ꝯtēdiſſe dicitur.

runt Heſiodū contendiſſe carminibꝰ cū Homero. fu
iſſeq̄ꝫ victorē: quod indicat tripos poſitus ab Heſio
do cum hoc epigrāmate. Heſiodus donū dedit hoc
ſpectabile muſis Diuinū cantu cum calcide vicit ho
merum.

Finis prefationis.

# Pio ii Pont. Maxi. Nicolaus De Valle.

ſ I vacat Enea verū digniſſime preſul
Grataq; ſunt aīo carmina nrā tuo
Perlege q̄ quondā dulci modulatus avena
In latios auſus vertere greca modos.
Aſcrei inſpicies poete.
Grecia quo quondā floruit Heſiodo.
Hec fuerant (fateor) [illegible] edita [illegible].
Hic opus ingenii quippe ſenilis erat.
At quia nonnullos tam magna ſupbia vexat
[illegible] ut nullo grecā in honore putent
Sum tamen hoc auſus bis ſeptē et quattuor annis
Dum mea labuntur luſtra [illegible] dea.
Sumpſimus et teneros grecorū e fontibus hauſtus.
Miſtaq; cum greco lingua latina fuit.
Quicquid id eſt ad te vatū clariſſime vates
Mittimus ne clario non minor ipſe deo.

Suſcipe et Heſiodum placido complectere vultu.

Hic quoqꝫ iudicio ſtetqꝫ cadatqꝫ tuo.

# Heſiodi poete Erga kai imerai. i. opa et dies Heorgicon Liber Nicolai de Valle e greco conuerſio.

P

Ierides muſe quarũ viget inclyta cantu
Fama ducũ et veſtri dec⁹ imoꝛtale parentẽ
Dicite cur hominũ pars hec ſine nomĩe vitam
Ducat: et illius cur fama eterna per altum
Euolet. hec iouis eſt magni diuina voluntas.
Ille eteni altitonans ſummi regnatoꝛ olympi
Excitat imbelles animos: et foꝛtia coꝛda
Debilitat: duce quo foꝛtuna inimica ſuperbos
Deprimit: atqꝫ humiles clarũ ſuper ethera tollit.
Tum mala mens hominis melioꝛẽ inclinat ad vſum
Et capiunt molles crudelia pectoꝛa cultus.
Exaudi qui cuncta polo ſpecularis ab alto

Cui nihil ignotū eſt. ſanctiſſima dirige iura
Iuſticie: liceatqȝ mihi fraterna monere
Pectora: et ignotos viuendi oſtendere mores.
Sunt gemine in terris quib⁹ altercant̄ in vnū
Mortales cauſe: varia que mente trahuntur.
Vna quidē ſtudiū laudabile ſedula curat.
Altera crudeli rerū depaſcitur hauſtu.
Bella capit: pugneqȝ exercet iniqua tumultus.
Inuiſum atqȝ atrox peſtis genus. hanc tamē ipſi
Mortales fugiunt: tandēqȝ volentib⁹ hanc diis
Exoptant: nequeūtqȝ hui⁹ cohibere furores.
Illam aūt prius obſcure genuere tenebre
Sed fato meliore pater Saturnius illam
Et generi humano et terre radicibus imis
Impoſuit. ſegnes artus et inertia corda
Excitat. Alter enī ſegnis cui vita manebat
Alterius ſpectans cumulos mora nulla boueſqȝ
Iungit et impreſſo terrā diuertit aratro.

Siue domũ curat ſiue inſerit alter ab arte
Vicinũ vicinus agit . laudabilis hec eſt
Pugnandi ratio . fugienda ſed altera . ſub qua
Jnvidet aut figulus figulo : vel egenus egeno
Siue faber fabro dulciſq3 poeta poete .
Hec mea dicta precor toto cape pectore Perſe.
Nec te crebra foro ſpeculantẽ iurgia vulgi
Auocet a ſtudijs pugnandi inimica voluntas .
Nemo forũ ſequitur : quẽ non fouet annua meſſis.
Et bene clauſa domi cereris gratiſſima dona.
Hec querenda prius . dehinc ſi vincat . i pete vulgus
Et fera in alterius rebus certamina pone.
At non illud ages iterũ germane quod olim
Auſus es infelix. litem hanc data iure reſoluens.
Scis quondam inter nos patria eſt partita facultas.
At tu nil iuſta multũ plus parte veheris
Tecũ efferre rapax . corruptus munere iudex
Jlle tuo eſt : ſub quo tota hec ſententia pendet .

Ignarus. Non novit eni q̃z dulcius aut quã
Sit mediũ toto melius: ſeu vivere malua
Utilius. quantuꝫ dulci ſeu vivere porro.
Hos veterũ victus occultavere ſuperni
Inq3 polo retinent celeſtes. tempore quondã
Sat fuit una dies tenui exercenda labore
Una quieſcenti tibi. dehinc alimenta parabat
Annua. tunc poteras temonis robora fumo
Exploranda dare et nulli iuga curua p̃mebant
Terga boum. nulli hemiones ſenſere laborem.
Hos voluit faciles vivendi abſcondere mores
Ira iovis. cum ſe deceptũ fraude promethei
Senſit et illius cauſa mortalibus auxit
Curarũ moles ſubreptũq3 abdidit ignem.
Reddidit hunc iterũ terris cutuaq3 latentem
Subripuit ferula cauto puer ille tonanti
Iapetionides iacto qui fulmine gaudet
Luſit fraude ſua. ſubitũ tamen arſit in iram
Hec pater effatus nubis collector aquoſe.

Iapetiõide : cuius prudentia cunctos
Conſilio excellit : magnũ ſpreuiſſe tonantē
Arte tua gaudeſq; dato mortalibus igne.
Heu nociture tibi : generi nociture futuro.
Tale mali genus excutiã quo pectore toto
Exultent homines cupidi ſua damna miniſtrent.
Subriſit fatus diuũ pater atq; hominũ rex.
Vulcanũ aſpiciens atq; illi talia mandat.
Vade celer ſpeciem e terra mixtoq; liquore
Confice mortalē : cui vocem et robora iunge.
Sitq; ea virgineae celeſtis imago puelle.
Quam ſibi quiſq; velit : dea quã doctiſſima pallas
Inſtruat et varias percurrere pectine telas.
Adiiciat capiti faciem venus auream formam
Curet vt aſſidua ſtimulata cupidine corpus.
Fallaceq; addat mentē et fallacia verba
Interpres ſuperũ victor cyllenius argi.
Dixerat : imperio iouis annuit equa voluntas
Celicolũ. exemplo fingis vulcane puellam

Virginis ora dee ſimilē. quā glauca minerua
Cinxit. et ex oīm fulgente parte poliuit.
Huic etiam charites. etiā celeberrima pitho
Aurea candenti poſuere monilia collo.
Effuſeq; comas horē de flore coronam
Vernali tribuere dee. tamē attica pallas
Illam precipuo forme decorauit honore
Et ſuperū interpres victor cyllenius argi
Fallacem attribuit mentē et fallacia verba.
Sic pater altitonans diuino iuſſerat ore.
Quandoquidē dederat ſua munera quiſq; deorū
Mercurius merito pandorā nomīe dixit.
Exiciale malū mortalibus ⁊ fera peſtis.
Poſtquā aūt tantos confecit iuppiter aſtus
Mercuriū ad magnū iubet ire epimethea. donū
Cui ferat hanc. quāuis vetitus ꝑcepta promethei
Cepit. et accepto nouit ſua damna epimetheus.
Nam prius humano generi ſecura manebant
Tempora. nulla mali ſpecies aut cura laboris

Morborūqꝫ genus triſtem qui funeris atri
Corripuere viam: quibus om̄is frangĩ etas
Vincere dulce fuit. quādā ſed tegmen ab vrna
Dum pandora leuat. totū expellere per orbem
Curarū infeſte effigies. ſpes ſola remanſit
Intus et e labris ima ſub parte reſedit.
Obſtitit impoſitū nam tegmē abire volenti.
Sic qui fulmē agit nubis collector aquoſe
Juſſerat. innumereqꝫ etiā mortale vagantur
Per genus infande ſpecies; quibꝰ equor et omnis
Terra infecta tumet. morbi nocteſqꝫ dieſqꝫ
Sponte ſua ſine voce ruūt. Nāqꝫ ab ioue ſummo
Ablata eſt illis quecūqꝫ potentia fandi.
Sic impune parens offenditur ille deorum.
Si vacat o frater ſi non audire recuſes
Ordine plura canā. genus immortale creatum
Ac mortale ſimul credendum eſt. aurea primū
Secula dij ſuperi totū ſparſere per orbem.
Tempore quo celi imperiū ſaturnus habebat.

Tunc homines diuũ viuebant more: nec vllos
Anxia curarũ moles operũq; labores
Caſſabant. aberat triſti cũ mente ſenectus.
Semper et in validõ regnabant corpore vires.
Nulla mali labes. conuiuia leta placebant.
Morsq; ſimilis ſomno fuit atq; vberrima tellus
Omnia liberius nullo cogente ferebat
In cõmune bonũ. nec quiſq; inuidit habenti.
Quã felix etas. erat omnibus vna voluntas
Et taciti letas ſoluebant pectora in vſus.
Aurea poſtquã hominũ paulati deſijt etas
His pater altitonans meritos adiunxit honores.
Sub terris habitare dedit. qui numina facti
Et genus humanũ ſancte quoq; iura tuentur
Iuſticie tenebris circũfuſiq; peragrant
Terrarũ fines et opes mortalibus augent.
Proxima ſucceſſit terris argentea proles
Auro deterior fuluoq; et moribus impar.
Tunc ſibi quiſque ſue fecere ſub vbera matris

Ocia mortales, paulatim adoleuit in annos
Ingenij rude principiũ quo decolor etas
In proprijs etiam laribus rude pectus agebat.
Aucta tamen poſtq̃ʒ ad ſummũ peruenerat etas
Viuendi breuius ſpaciũ fuit. anxius ardor
Curarũ incũbens aderat. quas iꝓba mentis
Gaudia fecerunt. alterna iniuria nunquam
Deſtitit. et nulla in ſuperos reuerentia. nullos
Sacrorũ ritus etas argentea vidit.
Hanc deus extinxit meritã flãmatus in iram.
Poſtquã hominũ occuluit argentea ſecula tellꝰ
Non tamen illorũ ſine nomine vita receſſit.
Sub terriſqʒ dei ſedes coluere ſecundas.
Tercia poſt illam ſucceſſit aenea proles.
At nihil argento ſimilis bellabiſqʒ creata
Sanguine dura quidẽ robuſtaqʒ pectora tendens
Tota feri miſero martis feruebat amore.
Nulla quies illi. nullũ ius. durior etas
Ipſo edamante fuit vultu metuenda ſuperbi.

Cui nūqꝫ inuictū robur forteſqꝫ lacerti
Deſuerant humeris . tunc erea tela domuſqꝫ.
Om̄is in ere labor . non ferri emerſerat vſus.
Hec aūt proprio proles conſumpta furore
Ad gelidi loca nigra dei ſine honore receſſit
Et quanqꝫ extiterit inuicto robore ab atra
Morte tamē victa eſt ſolis lumenqꝫ reliquit.
Poſtquā aūt occulta eſt atqꝫ enea corruit etas
Quarta fuit ſoboles melior cui plurima toto
Iuſticie herebant animo p̄cepta verende.
Diuinū genus heroū primumqꝫ vocari
Semidei immenſos illi potuere per orbes.
Hos inſanus amor martis belliqꝫ nefandi
Ardor . agenoride ſeptem prope menia cadmi
Edipode imperij cauſa conſumpſit . et alti
Hos maris vndiſoni fluctus cū pergama claſſes
Argolice peterent . vbi pallida mortis imago
Deſuper incubuit . dū iuſto vlciſcitur enſe
Tindaris . hos etiam toto diuiſit ab orbe

Juppiter et vite meliorē tradidit vſum.
Elyſioſq3 dedit colles habitare profundi
Littus ad oceani. felix et ſancta propago.
Hic tibi vernat humus vbi dulcia poma quotānis
Ter gremio effundit nutrix vberrima tellus.
O vtinam non me quinta cum ſtirpe creaſſent
Fata. ſed ante mori ſeu poſt licuiſſet oriri.
Ferrea nunc etas. quā cure et mille labores
Nocte dieq3 premūt. paulatiq3 illius inſtant
Exicio. ſic dijs placitū. ſed proſpera tanto
Fata etiam venient aliquando in turbine rerū.
Nec minus hec infanda hominū delebit etas
Cum mature annis illorū tempora cani
Inficient crines. natis nec vt ante parentes
Nec patribus nati ſimiles nec ab hoſpite tutus
Hoſpes erit. ſanctū corrūpent fedus amici
Et furet arma cieus inter diſcordia fratres.
Viuet honoris inops hominū pperata ſenectus
Nec pudor effractos ſenio obiurgare parentes.

Infelix ſoboles. legem et precepta deorū
Neſciet. inualido non hec alimenta parenti
Iuſta ſuo reddet. quid enī quod iniqua rapaces
Appetet vſqꝫ manus vrbeſqꝫ et menia narrem
Alterna deleta manu. iurataqꝫ fallent
Numina. iuſticie nulli tribuentur honores.
Pulſa gemet bonitas. illū venerabitur orbis
Cui mala mens ſuadet fera crimina. tota iacebit
Tota quidē orbato tecū reuerentia vultu
O dea iuſticie. ſoboles en improba ledet
Si ꝓbus vllus erit. quē contra inſurget iniqua
Voce furens fictū affirmans. altrixqꝫ malorū
Inuidia incedet fatali turbida vultu.
Protinus humanas ſedes aſtrea relinquet
Diua ſuos pariter tendet reuerentia curſus
Ad ſuperos nitido velate corpus amictu.
Mille recedentes ille mortalibus egris
Non ceſſanda tamē rerū mala ſemina linquent.
At nunc te moneā quāq̄ꝫ ſapis omnia index

His intende animū. ſed quid iuuat iſta monere
Stultus maiori quicūqꝫ reſiſtere tentat
Vincitur et magno peccas ſubit inde pudore.
Sic ego ſum tanquā volucris quā prenderit aſtur
Prenſaqꝫ ſublimes agit̄ philomena per auras.
Hec dolet infelix vngui tranſfixa recuruo
Quam contra horribili raptor ſic intonat ore.
Quid miſera exclamas. te multū fortior aſtur
Te premit. huic abſis quo te meus egerit ardor.
Et quanq̄ bene ſuaues canas mihi cena futura es
Si libet: aut dimiſſa terris remeabis in auras.
Sic fatus. tacuit pennatus et impiger aſtur.
Tu modo iuſticiā cole: nullaqꝫ iniuria Perſe
Tecū habitet. fatale genꝰ ſecum illa nec illam
Vllus amat. niſi mens cui vilis et iꝓba ſurgit.
Vir bonus hanc inferre timet: quā ſi intulit acti
Penitet: et magno contriſtat corda dolore.
Eſt via iuſticie melior: qua vincitur omnis
Omnis ad extremū veniens iniurius ardor.

Quid dicam ꝙ nūq̄ȝ aliquid dementia noſcit
Ni modo paſſa prius. ſi quis male iura miniſtrat
Peccat et tandē dementi panditur error.
Eripe iuſticiā. corruptus munere iudex
Jus violat. dolet hec et nulli viſa per vrbem
Triſtis it et lachrymas penā mortalibus orat
Qui violant iura et recti ſacra federa rūpunt.
Verū vbi iuſticie ſancti ſeruantur honores
Judicioq̄ȝ patris et ciuis et aduena pendent
Vrbs viget: augetur ſoboles: pax leta vagatur.
Pax iuuenū nutrix. nūq̄ȝ his fatalia bella
Preparat altitonans. nullis in rebus egeſtas
Imminet: et quenq̄ȝ nulla eſt offenſio. dulci
Quos iuuat interdū genio alleuiare labores.
Terra quibus large fundit ſua ſemina: et alte
Montibus innate mittunt ſua mūera quercus
Glandifere in ſummo. media tamē arbore muſſant
Vndiq̄ȝ apum ingentes acies. veſteq̄ȝ miniſtrant
Lanigere pecudes. ꝗ ſē magis om̄ia florent.

Non his externas merces vehit ardua puppis.
Om̄ia dat tellus. quid enī ꝙ iuncta marito
Et patribus ſimiles emittit femina partus?
Non datur hoc: quibus illa placet violentia iuris:
Hos ad ſuppliciū vocat alti cura tonantis.
Sepe ſubit penas plebs tota miſerrima tantū
Vnius ob noxam. peſtis furit atra per vrbem
Et male ſuada fames. paulatī deficit omne
Vulgus et euacuos oſtendūt tecta penates.
Femina nulla parit. ſic ſeuit Juppiter erga
Quos malefacta iuuant: qui ſi modo forte cruentū
Militie exercent ſtudiū mora nulla ſiniſtro
Marte cadunt. vel ſi potius iuuat ire per altū
Illorū in medio ſubmergitur obruta puppis.
Vos igitur qui iura datis conuertite mentem
Ad tales hominū penas. diuina poteſtas
Mortales circūuolitans videt: imꝓba quorū
Iudicia emergunt: multorū in damna: deūq̄
Ignorant monitus. genus hū mortale perrans

Innumeri tenebris circūfusiq; vagantur

Iuſticie ſacra iura . domant genus oīe malorū .

Illa quidē virgo eſt ſupero ioue nata parente

Nomine clara ſua cetuq; verenda deorū

Quā ſiquis violet lachrymans ſua fata parenti

It iouis ante pedes et lamentabile ſundens

Humanas queritur mentes ac debita poſcit

Supplicia in populos . tu iudex cauſa malorū

Qui violas ſacra iura dei iam dirige mentem

Ius cole . ne alterius te nulla pecunia vertat

Damna . nocet ſibi qui cuiq; nocet . et male ſuadet

Ille ſibi in quenquā ſi quis male iura miniſtrat

Cuncta videt pater omīpotens et qđ mihi tecū eſt

O iudex modo ſi lubeat ſpeculatur ab alto .

Nil latet hunc . aut hoc quales tribuant̄ honores

Iuſticie in populo . quā non ego pectore toto

Nec mea progenies coleret poſtq̄; orbe ſub iſto

Spreta iacet bonitas et ius iniuria vincit

Inuito ioue ni fierent . hec accipe frater

Hec animo meditare. iniuſtū pone furorem.
Jus quoq; frater ama. ſine quo genus om̄e ferarū
Credimus alterno certatim corpore paſci.
At nos inſtituit vite melioris origo.
Jura dedit pater om̄ipotens. ea pectore toto
Si quis habet: decus eternū pia p̄mia reddet
Juppiter. affligit ſi quis pro teſte vocatus
Peierat: ac merito penſatur culpa nocentis
Supplicio. offendens ius ille offenditur vna.
Ex quo obſcura quidē nulli quoq; cognita ſurget
Poſteritas. iuſto de ſanguine nata propago
Clara caput tollet patrio ſeruata decore.
Hec quoq; que referam ſtultiſſime concipe frater.
Quā facile innumeras vitiorū amplectimur artes.
Haud ꝓcul illa habitāt. breuis ē via qua ſit eundū.
Eſt via virtuti contraria. ſudor anhelus
Hanc ſequitur que ſe ſcopuloſis ardua cliuis
In longū prorūpit iter. riget aſpera primo
Ingreſſu. leuis eſt poſtquā cacumina tanges.

Optimus hic ſeſe qui nouit cuncta magiſtro.
Proſpiciens rerū fines meliora ſequuntur.
Dignū laude virū parentem recta monentī
Credimus. ille tamē ſibi qui non ꝯſulit aut qui
Alterius precepta fugit vir inutilis extat.
Ergo age frater ades generoſo e ſanguine Perſe
Neu fuge fraternos monitus. operare laborem.
Inuideat tibi dira fames. ſpicaqꝫ recenti
Alma ceres ornata caput ſua dona miniſtret.
Sit tibi plena domꝰ. ſegnē crudelis egeſtas
Opprimit. hūc homīes odio ſuperiqꝫ ſequunt̄
Torpenti ſimilem fuco: cui ſpicula ſurgunt
Horrida diſtenſumqꝫ fauis ꝯſumit edēdo
Semen apum. piger ipſe ſedet. vitatqꝫ laborem.
Tu modo curā operi quantū potes adyce frater.
Horrea ſic rūpunt meſſes ſic copia rerum.
Sic pecus auget̄. ſic tu mortalibus aut dijs
Gratus eris. ſegnes animos et inertia corda
Oderunt. operi laus eſt imponere curam.

Turpe ſed huic ꝓhibere manꝰ . incumbe labori.
Forſitan ad ſtudiū torpentia pectora vertes
Dum partas oſtendis opes : virtutis adeptus
Nomen et eternū laudis decus . utere queſo
Arte . para victū . violare aliēa nefandū eſt.
Fac ſuperis equantibus etas . incumbe labori.
Nec pudeat . pudor hic multos inhoneſtus egentes
Secū habet . auget opes fiducia : quā melior res
A ſuperis non vi . proh rerū inſana cupido.
Proh animis infuſa lues . iam nulla pudoris
Cura . iacet paſſim longe poſt terga relicta.
Tu colens . duce te paulatim corruit ille
Dys inuiſus homo cui mens intenta rapinis
Inuigilat : neq3 enī ſemper felicia durant.
Nec minus omnipotens penis affligit eiſdem
Qui ſeruū offendit . vel qui ſanctiſſima frangit
Federa amicicie : ſeu qui cū coniuge fratris
Non pauet infandos coitus fraternus adulter
Vel qui in pupillos audet vim ferre nefandam

Vel qui in longeuã confectũ etate parentẽ
Horribili voce inſurgit. vixqꝫ abſtinet illi
Verbera: non impune tamen. ſtat pena nocenti
Poſt obitũ: Depone igitur tam falſa ſuperbe
Mentis conſilia: et melioribus vtere queſo.
Ture pio venerare deos. his tempore in omni
Et munde et pure liba cum clara niteſcet
Sole dies: aut cum nox circumfuſa tenebris
Abſcondet terras caſto torrenda ſub igne
Hoſtia mactetur. Hymnos cane. tura miniſtra.
Vt tibi dij faueant immenſaqꝫ copia rerũ
Hinc tibi naſcatur. multis vt egentibus ipſe
Subuenias. non vt viuas germane rapina:
Conuiuas inter ſi vis diſcumbere: amicus
Non hoſtis veniat. primũ vicinia. Nam ſi
Aduerſum quicquã acciderit de more repente
Primũ illa accurret. que ſi ſine veſtibus eſſet
Nuda etiam veniet. quod nõ tibi ſanguine iunctus
Non aget. iſte ſibi veſtes atqꝫ oĩa ponet.

Improba damnoſa eſt vicinia . ſed proba ſi ſit
Vtilis . hec igitur cupienda eſt pectore toto
Tanqm̄ laudis opus . neqꝫ eni lamēta refundes
Amiſiſſe bonū . proba ſi vicinia tecū eſt .
Acceptū metire et eodem pondere redde
Vicino . tibi vt hic iterū ſuccurrat egenti .
Res male parta mala eſt dānoſaqꝫ ſp̄ . ab illa
Ergo caue . nec te vincant in amore ſodales .
Illū adeas qui te . fac mutua munera reddas .
Sponte datū capias . ſcelus eſt letale rapina .
Quicūqꝫ etſi magnū aliquid largitur amico
Letatur . quicunqꝫ iacit de fronte pudorem
Et rapit alterius quanquā inſima turbat amici
Viſceraqꝫ et mentē cui vis illata rapine .
Adde parū paruo . paruo ſuperadde puſillum
Fiet et hoc magnū . infelix pelletur egeſtas .
Si modo rem cumules . homiēꝫ nec ledit habere
Cuncta domi . nocet eſſe foris . quā dulce bonūqꝫ
Preſens accipere atqꝫ abſente carere moleſtū eſt .

Tunc bene potandū cū plena effundit ab aluo
Vina cadus . tunc parcus eris cū parte lyeus
Deſinit e media . ſed cū declinat ad imum
Spumantes iterū cyatos et pocula ſume.
Quicquid polliceare homi ſeruetur amico .
Si quicquā cum fratre tibi eſt teſtē adyce rebus
Subridens . nocuit non credere . credere ſemper .
Neue tuā alliciat meretrix caue femīa mentem .
Rem totam vorat illa nimis dū blanda videtur .
Heu quā damnoſum eſt mulieri fidere cuiquā .
Rem patris acceptā melius fouet vnicus heres
Auget et hanc . at tu plures in morte relinque
Ex te ortos . nam plura pater ſaturnius illis
Attribuet . ſed te ſi cecus tangit habendi.
Ardor adhuc . fragiliſq; placet tibi gloria rerū
Hoc age que moneā et varios operare labores .

# Liber Secundus de Agricultura.

um celo emergũt ſublimi ab atlãtide nate
Pleiades truncanda ceres . morientibꝰ illis
Mitte in aratra boues . latitare ea ſidera dicunt
Viginti noctesq; dies . annoq; voluto
Apparent iterũ . maturã incidere meſſem
Rurſus et incipiunt dentata falce coloni.
Hanc legem agricole atq; habitantes littora ſeruãt .
Aut qui pingue ſolũ valloſaq; tecta tenerent .
Nudus ara . nuduſq; ſere et mete corpore nudo
Si tempeſtiuos agrorũ ducere cultus
Augerieq; illos magnis ſucceſſibus optas.
Nete aliena roges [illegible] pauper egenus :
Quod ſi ad nos ſupplex iterũ fortaſſe redibis
Non iterũ dabimus . iuuet exercere labores
Improbe quos inter mortales diua poteſtas
Sortita eſt ne triſtis inops cũ coniuge meſta
Aut cum natorũ miſera comitante caterua

Victũ a vicinis rogites. dare negliget iſte.
Bis ſiue ter fortaſſe dabit. dehinc ſi petis vltra
Proficies nihil. at tu plurima verba refundes
Orabiſq; iterũ fruſtra tamẽ. artibus vt te
Jam precibus admoneo inuigila atq; incũbe labori.
Dura fames procul hinc abeat. tua debita ſolue.
Imprimis tibi conde domũ pecudiq; miniſtram
Dehinc eme: quã poſſis cuſtodẽ adiungere bobus.
Pone domi quecunq; toto tibi ſufficiat anno.
In rebus ſpes eſt alienis irrita. nam ſi
Hic dare forte neget: tu ſemper pauper egebis.
Tempora labuntur. operũ quoq; deficit vſus.
Ad cras nam differre nocet. nunquã horrea nũquã
Implet iners. aut qui tẽpus ꝓducit. habendũ eſt
Cura operi. augeſcet opus. mala mille moleſtant
Affliguntq; hoĩem: cui ſegne et inutile corpus.
Cum bene depoſuit rapidi vis ignea phebi
Ac pater omnipotens fecundis imbribus ether
Deſilit in terras: et languida mẽbra reſumunt

Iampridem amiſſas eſtiuo in tēpore vires.
Nam breue ſol hoīm ſupra caput aſtat ab alto:
At de nocte magis currus exercet agendo:
Tunc operū multo ante memor diſcinde ſecuri
Siluā incorruptā. tunc germina deſinit arbos
Fundere: atqȝ ſuas volitare per aera frondes.
In tres tende pedes mortaria. ꝯtineat tres
Piſtillus cubitos. pedib⁹ qȝ confice ſeptem
Temonē: qui ſi fuerit ꝯtentus in octo
Hinc tibi malleolus curuos formet in ictus.
Palmarūqȝ triū rota ſit. varyſqȝ repone
Ligna effecta modis. validūqȝ in mōtib⁹ altis
Quere vel effuſo campū ſuper equore primū
Ac ſtiuam compone manū qua firmet arator
Temonē cunctis dentaliqȝ alliget imo
Torqueat et fortes illa durante iuuencos.
Binaqȝ preterea tectis ſeruentur aratra.
Sic melius. nam ſi caſu diſcinditur vnū.
Reſtat adhuc aliud validos agitare iuuencos.

Temonē ex ulmo . viridi ſeu confice lauro :
Stiua ſit ex pinu . dura dentaliaq; quercu :
Duc in aratra bouē nono qui viuat in anno
Apta etas operi matura eſt . franget aratrū
Bos iuuenis : cunctans iuuenili p̄lia cornu
Et rixam exercens opa imperfecta relinquet.
Quere quater decies annorū etate bubulcū
Quadrifidus panis et ofellas ceſus in octo
Sit cibus huic . recto ſulcabit uomere terram
Si maturus erit . ſtudiū intermittet arandi
Junior . aſpiciensq; pares etate colonos
Ibit ad hos ludos q̄z ciet laſciua iuuentus :
Ergo non melior iuuenis . nec femina verſe
Sparget humi : quantū terre mēſura requirit :
Contemplare etiam cū grus ex nubibus altis
Aſſiduos agitat clangores : nunciat imbrem
Venturāq; hyemē tēpus q̄z indicit arandi :
Angit et illius mentē cui nulla boum ſpes eſt .
Tunc redeant fetu plena ad preſepia tauri .

Tunc ꝓprios operire boues et plauſtra . ſi inquis
Non habeo . dabit hic . facile eſt petere atq; negare
Mentis inops alius . quid mi cōponere currū
Tunc volet ignarus . nō nouit quantus in illo
Sit labor et curtū cōpagibus inſita ligna
Que debent multo ante domi ꝓuiſa reponi .
Preterea cū tempus adeſt reſcindere campū
Fortius inſiſtas operi exercere miniſtros .
Nam vertenda duplex tibi ſicca atq; humida tellus
Vere nouo veniant celeres ad aratra iuuenci
Fertilis et ſamaris cultura ꝓueniat ariſta .
Neu te decipiat cū ſenis colligit etas .
Sit noua cui ſubitus tellus nec arata quotannis .
Terra vetus large nauis alimenta parabit .
Plutonē in primis venerare atq; annua ſacra
Vota refer cereri cū ſtare iniquus agendo
Incipis exercere boues ſtimuloq; fatigas .
Sic immenſa tibi ſurgent cerealia dona .
Semina cū terre cōmittis pone ſequatur

Sarculus atq; aridus raſtro ſata leta recondet.
Optima crede iuuat rerū prudentia cunctos.
Leditur aduerſo qui negligit omnia fato.
Et ſit pingue ſolū : grandes inclinātur ariſte.
Feliceſq; operū ſucceſſus a ioue ſummo
Hinc capies . neq; ſub tectis extendet arachne
Fila . ſed immenſe replebunt horrea meſſes.
Tunc gaude et cani florētia tempora veris
Letus agas . cum te incaſſum crudelis egeſtas
Aſpicit . et parto turget domus . atq; aliena
Re tibi non opus eſt . tua pluribus adiumentū.
Sit ſterilis tellus medio verſata ſub eſtu
Hinc eq; ſolo reſidens inanes falcabis ariſtas
Auerſos religans culmos tenuiſq; ſequetur
Spes vite . pauci te mirabuntur ab agris
Parua ſub exiguo referentē farra caniſtro.
Difficile interdū mutabile noſcere tempus.
Mobilis et varia eſt aeri natura tonantis.
At ſi tardus aras tardus tibi ſolus amanti

Afferet ampliũ ſi largis imbribus ether
Tres noctes totidemqꝫ dies non ceſſat ab alto.
Donec replerit validi veſtigia tauri.
Tempore quo querna reſidenſqꝫ ſub arbore coccys
Exululat. gaudentqꝫ hoĩm mortalia corda
Vere ſub aprico, ſic tardus forſitan eques
Qui tempeſtiuo diuertit vomere terram.
His intende animũ. nec florida tempora veris
Te lateant. glacialis hyems tibi cognita ſurgat
In qua incumbendũ eſt. nec te vlla taberna moretur
Aut narrata loco ſub aprico fabula tardet.
Dum frigent aly vir rem tamẽ impiger auget.
Surge igitur nec te pauꝑtas opprimat illo
Tempore. dira fames tenues facit eſſe lacertos
Elatoſqꝫ pedes: et crura tumentia multo
Sanguine. ſegnis inops et ſpe ſuſpenſus inani
Inclinat mentẽ ſceleri. et meditatur iniquos
Unde paret victus. hoiez ſpes nutrit egentem
Irrita. cui nihil eſt et tota luce vagatur.

Dum media elapſa eſt eſtas : properate miniſtri.
Condite hic caſulas . nam ſemper non erit eſtas .
A iano menſem dictū caue. nubibus ille
Letalē bobus glaciēq; et frigora ducit .
Tracius inſurgit boreas . et turbine facto
Diſturbat maria ac campos ſiluāq; ſonantē
Alticomas quercus annoſaq; robora pinus
Diruit ex alto et valles iaculatur ad imas .
Siluarū auditur fragor vndiq; ſed fera duros
Arrigit ipſa pilos caudāq; in cruribus angit .
Quin etiam quibus eſt villis denſiſſima pellis
Perforat ille quidē ſetoſaq; pectora tranſit .
Nec ſe defendunt durā ſub veſte iuuenci .
Et miſere algeſcunt hirſuto crine capelle .
Vincit ouis boream inſtantē fultoq; repellit
Tegmie lanarū . ſed non obſiſtitur illi
A ſenibus . curuo facit hos incedere collo .
Nec tamē ad tenerā penetrat boreale puellam
Frigus . at illa domi cui nō dum nota libido

Matris apud charę gremiũ ſedet . atq₃ hyemales
Non ſentit glacies et tota nocte quieſcit .
Atq₃ oleo teneros interdũ perlinit artus .
Tunc polypo durum ẽ gelidis habitare ſub vndis .
Nec videt vnde ſibi veniat in equore predam
Alleuietq₃ famem: proprios tum deniq₃ in artus
Vertit atrox rabiem immenſam. ſic imbrib⁹ atris
Turbatur mare . ſic atra caligine celum .
Sol quoq₃ ad ethiopas radios et lumina ſubdit
Rarus apud grecos. fugiunt aĩalia cuncti
Morę ſatis valles imas . ⁊ dente trementes
Concaua ſaxa petunt nemorũ tenebroſaq₃ tecta .
Tunc q₃ ne noceant hyemes tibi ꝓtegat artus
Mollis lena tuos . cui ſexta ex ordine recto
Pauca ſed adverſo ducantur plurima fila .
Sit q₃ ea crure tenus . vetat hec ꝑ corpora ſectas
Surgere et inflanti prohibet duriſore vento .
Tegmina ſint pedibus taurorũ e pelle cothurni .
Nec noceat hos inflare pilis . vt frigora vincas

Hedorū teneras neruo bouis inſue pelles.
Ac dorſo ſuſpende. tegant capita alta galeri.
Ne madeant aures borea ſpirante cauendū eſt
Frigoribus. tunc res celo diffuſus ab alto
Intus alit cererē ſacros operūq3 labores.
Ille quidē vi ventorū ⁊ fluuialibus vndis
Tollitur in ſublime ⁊ matutinus in agros
Deſilit. interdūq3 expectat tempora noctis.
Interdū borea nubes agitante procellas
Vertitur in ventoſam hyemem. fuge puidus illã.
Accelerentur op9. pete tecta obſtantia ventis.
Ne forte obſcuro nebularū infuſus amictu
Immadeas. largoſq3 imbres pluat humida veſtis.
Paſcua tunc carpant quãuis nõ pinguia tauri.
Quippe arbor lenis. ⁊ longa ſub nocte quieſcunt.
Nutrimentū ingens. vobis vberrĩa mando
Agricole. faciliq3 dies tranſire labore.
Hec ſeruanda tibi donec nox equa diebus
Atq3 iterū ſatio ꝯmittit ſemina terre.

At dum ſex decies ſol arduus occidit undis
Hibernū poſt ſolſticiū ſacroſqꝫ relinquens
Oceani fluctus ſublimi arcturus olympo
Exoritur pͥmuſqꝫ cepit ſplendeſcere ſidus.
Tunc vites incide nouū neqꝫ nuncia veris
Antiquos iterans queſtus precedat hirundo.
Dum tamen immenſos effundit pleias eſtus.
Proſilienſqꝫ umbroſa petit plantaria limax
Tellure e ſicca. tunc vinea nulla ligonem
Sentiat. accelerent uncata falce miniſtri
Maturā in ſegetē. nec te pulcherrima tempe
Detineant ſegnē matutiniqꝫ ſopores.
Eia age rumpe moras. pelle ocia ſegnia pelle.
Dum vocat alma ceres. robuſtaqꝫ collige farra
Pone domi quantū toto tibi ſufficit anno.
Mane operi aſſurgens. opis pars tercia mane
Conficitur. labor haud grauis eſt. de mane viator
Longū linquit iter/tauroſqꝫ exercet arator.
Preterea ſua dū Jeronymus florentia mittis

Germina et in ramis dulces reſonare cicade
Sole ſub ardenti incipiunt trepidantibus alis
Fit capra tunc mollis. tunc ſunt dulciſſima vina
Feminaqȝ vrenti veneris prurigine corpus
Appetit inſanos coitus. laſſantur ab eſtu
Membra virũ. tantũqȝ poteſt vis ignea ſolis.
Tunc licet arbores gelida releuare ſub vmbra
Fontis ad apricos latices. ſempqȝ fluentis
Murmur aque. faciles quã circũ leniter aure
Aſpirant zephyris plerũqȝ agitantibus illas.
Hic hilares letus cyathos et pocula ſume
Rublina. ter infuſa magis que temperet vnda.
Hic tibi ab vberibus caprarũ caſeus adſtet
Que nullos paſcant fetus. hic lactea liba
Hic tibi ſilueſtris ponatur caro iuuence
Que nondũ enixa eſt. hic mollior hedulus adſit
Et iaceas ſaturus patula ſub tegminis vmbra.
Surge tamẽ. celo cũ fulget orionis aſtrũ
Tempus adeſt. cereri ſacras terat area fruges

Ad ventos poſita atq; ingenti equata cylindro.
Nec niſi libate ducant ad horrea meſſes.
Poſtquã aũt ſatis ad victũ tibi contulit eſtas.
Continuo cui nulla domus ſit quere miniſtrũ.
Adde etiam ancillam: que ſit ſine ꝓle, moleſtũ eſt
Et graue ſeruiciũ illius: quã cura remordet
Natorũ. blandire cani: panẽq; miniſtra:
Peruigil ante fores ſedet ille domũq; tuetur
Dente rapax fureſq; altis latratibus inſtat.
His propere exactis fenũ paleaſq; recõde
Hemiones quantũ ſatis ac nutrire iuuencos.
Inde laboranti requies prebenda colono:
Tempus & exhauſtis pariter iuga demere tauris
Dum tamẽ in media celi ſtatiõe refulget
Syrius orion q; loco ſplendeſcit eodem
Et roſea arcturi cernit pallantias aſtrum.
Tunc vuas tenero abſcindens de corpore matrũ
Per biſquinq; dies tepido ſub ſole iacentes
Pande: dies etiam molli ſtent quinq; ſub vmbra.

Dehinc torque. capiant vegetes iocunda lyei
Munera. ſed ſidus cum deficit orionis
Pleiadeſq; hyadeſq; cadunt meminiſſe iuuabit
Protinus impreſſo ſubuertere vomere terram.
Stat tempeſtiuo cuncta exercere labori.
Si tamen infeſtum iuuat ire per equor et alta
Puppe vehi/ moneo ne quãdo ab atlantide natas
Orion ſequitur totoq; excludit olympo
Vt videas illas medio ſubmergere ponto
Nauigio incũbas. mare tunc tollentibus euris
Obſcurũ vndoſos iaculatur ad ethera fluctus.
Tunc igitur iaceant religate ad littora puppes.
Saxorũ obnixe obicibus ne forte ruentes
Diſcutiant venti. pateat pars ima carine
Ne pluuiã excipiens putri marceſcat ab imbre:
Inſtrumenta domi naualiaq; arma quieſcant
Penſa gubernãdiq; exploret robora firmus.
Interea veneris ſacros operare labores.
Nec prorſus fugiendus ager. labatur in altum

Equoꝛ amica ratis. dū non magꝭ vnda tumeſcit
Nec refluunt vaſto ſublati gurgite montes.
Vadat honuſta tantē cenſu reditura ſuperbo.
Hic meus ille quidē genitoꝛ dum pauꝑ egeret
Errabat maria alta ſecans fluctuſq; ꝓfundos:
Ille olim eolidam cumam atq; ea littoꝛa linquens
Appulit huc. non ſpe lucri commotus auara.
Durū opus exercere inuiſa vrgebat egeſtas.
Ille vagus demū prope tempe heliconia ſedem
Aſcream incoluit celi in regione moleſta.
Frigore nunc nimio nunc intolerabilis eſtu.
Tempore quoſq; ſuo iuuat exercere labores.
Nauigiū ante oēs. cuius ſi te vlla remoꝛdet
Cura placetq; altos ſulcare ꝑ equoꝛa fluctus
Dum faciles ſpirant venti et furoꝛ ille quieuit
Ne te inuiſa fames alieno viuere parto
Cogat et inuitus multoꝛū debitoꝛ extes
Vade: nec in cymba. ſed te vehat ardua puppis.
Ingentes referant caſſus ingentia mercis

Pondera . preterea que ſint aptiſſima nautis
Tēpora narrandū eſt . quāquam mihi pua p vndas
Vita fuit . vixqꝫ ex illa tamē aulide curſus
Littus ad euboeū . ſub qua oīs grecia quondā
Dum pelago deſeuit hyems conuenit in vnum
Et merito infandos fatū iratur in hoſtes .
Inde mihi placuit non lōge ad calcida curſus
Hic vbi magnanimū genus amphidamātꝭ achiui
Conſtituunt populis certamia : et inclyta quondā
Munera defuncti ponunt in honore parentis .
Hic ego me dulcis referentē premia cantus
Auratos memini tripodas quos ſponte dicaui
Muſarū ante aras: quibus antra heliconia cure.
Ille vbi me primū dulcē docuere poeſim .
Tantū igitur mihi res naualis cognita ſurgit .
Dicam aliquid tamen ꝛ varios pandā etheris vſus .
Hec etiam nobis aſpirauere camene .
Equora tuta legant inſtructo remige puppes
Cū decies quinqꝫ eſt ſeries exacta dierum .

Eſtiuū poſt ſolſticiū . et iam deficit eſtas .

Nam neq; tunc claſſes medio nec nauita ponto

Obruitur : ni forte velit iouis alta poteſtas .

Aut deus ipſariq; parens neptunus aquarū.

Exitus oīis in his rerū manet exitus omnis,

Vt leues ſpirant zephyri . tranquilla quieſcunt

Equora . tunc celerem ventis cōmitte carinam.

Vadat onuſta tamē . reditū properare memēto

Quā prius ipſa nouos fundunt vinea liquores

Autumniq; imbres . et hyems infeſta procellis :

Aut notus inſurgat pluuiis rorantibus alis

Incubatq; mari totūq; euoluat ab imo :

Exercent etiā ſtudiū nauale ſub ipſo

Vere nouo . cū ſe tam latas arbor ab alto

Induit in frondes . quantū veſtigia cornix

Prodit humus depreſſa . ſilet tunc nobilis vnda.

Aſt ego nauigiū graue tunc ſemperq; moleſtū

Crediderim . hoc nature hoſtes leuitate nefanda

Subtrahere . agitant diuerſa pericula fluctus.

Et tamē ire placet. quamquā mors dura ſub undis.
Diuitie ſunt vita hominū atqꝫ inſanus habendi
Ardor. ad hec animū germane intende parūper.
Concipe fraternos monitus. maria alta ſecādo
Fac tecū ne cuncta vehas. maiora reſerua.
Nec nimis eſt oneranda nauis. ſit ponderis equi
Quicquid in hac. durū eſt aduerſo occurrere fato
Fluctibus in medijs. currus diſcinditur omnis
Si grauius ſupinſtat onus. ſeruare memento
Menſurā in rebus et idonea tempora ad vſus.
Cum ꝓpe ter decies tibi vita elabitur annos.
Cōnubiū maturū aderit decimūqꝫ puella
Exigat et quartū. ſed quinto nubat. et illa
Virgo ſit. atqꝫ habitet ꝓpe te cū ſedulus [illegible].
Sedulus inſpicias artēqꝫ vſumqꝫ puelle.
Hec age. ludibrio ne te vicinia cantet.
Coniuge nil melius caſta. nil turpius illa
Que venerē prurit ſane ſine et proſtat ad omnes.
Semꝑ et vicio ſupinminet illa virorum.

Nemo etiam fratris in amore equetur amicus.
At par ſi quis erit ſit amandus tp̄e in omni.
Nulla ex te inceptū fedus diſcordia ſoluat.
Mentiri ſcelus eſt. preſtat compeſcere linguam.
Infandā ſi vim tibi quiſquā inferret amicus
Aut ore aut manibus ſurge et vlciſcere. redde
Redde vicem duplicē. q̄ ſi illū penitet acti
Ac penā implorans iterū te exoptat amicū:
Suſcipe. vile quidē eſt homies noua querere ſemper
Federa amiciciē. multos ſi frater amabis
Non laudo. nullos etiam. mediū ſit in iſto.
Si tibi corda tument vultus non indicet iram.
Turpe ſequi ſceleratū hominē. male dicere cuiquā
Infandū eſt. qui iam vita laudatur honeſta
Nunquā a te nūquā miſera obiurgetur egeſtas.
Diuinū donū eſt diuiūq eterna voluntas
Illa quidē. que ſepe viri ſublime moleſta
Impedit ingeniūq vetat ſup alta leuari.
Qui loquitur parce linguā nec in oīa ſoluit

Theſaurū p̄ ſe gerit ille ; ea gratia magna eſt
Ut linguā moderes penſataqꝫ verba loquaris .
Si quenquā verbo ledes lederis et ipſe .
Grata in amicorū venias conuiuia ſumptu
Cōmuni ; dato particulā : gratiſſima ſunt hec .
Acre ioui vinū ſeu diis de mane cauendū eſt
Illota libare manu tum vota precando
Incaſſum fundes nulli exaudita deorum .
Solis ad aſpectū nec quenquā mingere fas eſt .
Nocte ſub obſcura recto neqꝫ corpore nudo
Nox quia ſacra deis . media nec credimus illud
Poſſe licere via . ſi declinetur ab illa
Eſſe etiam vetitū diuis . vir et omnia noſcens
Herens parietibus ſedet atqꝫ exponit vrinā .
Intus vbi orbate tenuis latet angulus aule .
Nec coitu polluta ſacros genitalia pandas
Ante ignes . neqꝫ cū dulci tibi coniuge preſtes
Concubitū vt generes . dū meſto a funere triſti
Mente redis : ſuperū ſacra ſeu letus ab ara .

Credimus inuiſum ſuperis ſemperqȝ moleſtum
Qui natat aſſiduo labentia flumina curſu
Quã p̃us ablueritqȝ manus pia vota p̃ceſqȝ
Fuderit. ante ipſas ſupplex orauerit vndas.
Infandũ ante aras vngues incidere cũ diſs
Sacra facis. ſcelus eſt cyathos imponere vaſi
In quo vina latent. ſacros operare lebetes.
Nil tibi cum in ſacris etiã hinc lauiſſe nefandũ eſt.
Perfice ſerta prius quã cornix garrula ab alto
Nunciet atrã hyemẽ. ruit hec inimica ꝓcellis.
Fac ſedeat biſſex: quibus etas exigit annos
Aut totidẽ menſes maiorũ chara propago
Sede ſub inſtabili. iuuat hoc omneqȝ repellit
Segniciẽ. facit eſſe agiles et ad omnia promptos.
Fedũ aut turpe virũ eſt thermis muliebribus vti.
Hoc prorſus fugiendũ etiam. ſtat talibus atrũ
Suppliciũ. ãte aras ſuperũ obiurgare nefandũ eſt
Sacra miniſteria ac diuinos ſpernere cultus.
Nec licet in fluuio neqȝ fontis mingere in vnda.

Eſt quoqꝫ turpe aliud vetitū. fuge peſſima fame
Nomina. fama malū facile in ſublime leuatur.
Eſt graue ſufferri nimiū: nimiūqꝫ moleſtū
Difficile vt taceat: nūquā delebitur illa.
Sedula que varias populi penetrauit ad aures.
Eſt dea fama quidē. ſunt ipſi numia fame.
Sit tibi preterea ſeries ſeruanda dierum.
A ioue nate omnes. ſunt a ioue tempora nata.
Vltima menſis erit nullo exercenda labore.
Hac genio vtendū eſt. illa oēs feſta per vrbes
Ducitur. illa forū claudit neqꝫ iura reſoluit.
Prima notanda dies: et quarta et ſeptia. prima
Natus apollo die radiantia lumia fudit.
Luce domū quarta felix ducenda ſit vxor
Omine captato ſunt oīa proſpera rebus.
Et licet incuruā trabibus componere nauim.
At quintā fuge. nāqꝫ illarū pallidus ortus.
Tum dire eumenidū facies toto orbe vagantur.
Caſtigant ſi qua in terris periuria falſum;

Affirmant, que lis alternis agitata creauit.
Sexta dies triſtem oſtendit mulieribus ortum.
Leta viris. multiq; etiam naſcantur in illa
Quis mala mens fallax animus fallacia verba
Et qui concubia exercent archana per artem.
Hac ouiũ fetus licitũ caſtrare vel hedos
Et licet infixa pecudes circũdare mandra.
Scindimus octaua forti genitalia tauro
Caſtramuſq; ſues. felix eſt ponere plantas
Nona. viros gigni vel amica ſorte puellas.
Luce viris decima fauſtos q; credimus ortus.
Vnaq; poſt decimã felix incidere vites.
Et tempeſtiuã ſegeti ſupponere falcem.
Hoc curat biſſexta etiam felicior illa
Stamina et ex alto tenuiſſima torquet arachne.
Ingentẽ accumulant formice farris aceruũ
Et iuuat arguto percurrere pectine telas.
Tunc q; ſilueſtres licitũ caſtrare iuuencos.
Tercia poſt decimã plantaribus optima ſurgit

Spargere ſemen humi. pallet ꝯtraria ſemper.
Quartaqȝ poſt decimã mulierũ proſpera natu
Ac prenſos domitare boues validoſqȝ labori
Hemiones canibus faciles adiungere cultus.
Et lenire manu pecudiqȝ imponere mores
Atqȝ aperire cados et dulcia fundere vina.
Sextaqȝ poſt decimã plantaribus inuida ſurgit
Opportuna viros naſci. ſed iniqua puellas
Aut naſci: aut thalamos petere atqȝ herere mariti.
Septima poſt decimã cereris terat ordea ſacre
Ingentẽqȝ licet ferro diſcindere ſiluam.
Ac varias aptare trabes: quibus ardua tecta
Moliri aut ſtructam poſſis agitare carinam.
Nona qȝ poſt decimã felix eſt cum dea ſurgit
Lutea. ſed mediũ celi cum venit ĩ orbem
Sit grauis. ex media ad finem letiſſima fulget.
Proxima lux ſapientẽ hominẽ diuina creandi
Inſigni viget officio. nec luce dolendum eſt
Poſt illam quarta. leta eſt ea. leta trahantur

Gaudia. quinta dies poſt hanc iuga curua iuuencis
Ponit et hemiones et colla exercet equorum.
Altaqꝫ velivolis deducit ad equora puppes.
Et noua ẽponit dulci ſua vaſa lieo:
Quam pauci nouere et recto nomine dicunt.
Sunt harum humano generi ſeruanda dierum
Tempora. quippe illud magnis ſucceſſibus augent.
Sunt alie ancipitesqꝫ tamẽ ſine mente neqꝫ vllo
Officio excellunt. hanc alter laudat et illam:
At paucis natura illarū cognita ſurgit:
Nam tunc ipſa dies totum complectitur urbem
Moꝛe pie matris: ſine modo more nouerce
Nunc fulget nunc atra latet. felixqꝫ beatus
Ille quidem fertur que dijs cui cognita ſunt hec
Omniaqꝫ inſipiẽns rerum ſe exercet ad vſus.

¶ Liber georgicon Heſiodi a Nicolao de Valle tranſlatus finit feliciter. impreſſus Liptzik Per Jacobū Thãner herbipolēſem Anno a natali chriſtiano .1.4.9.9. .16. calendas maias.